



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De benignitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De benignitate sfo. lviij

tatur ea diuersis statibus et proprietatibus assimilando dicens. Ego quasi vitis fructificandi suauitate odoris etc. Item in me omnis gratia vite etc. Item quasi cedrus exaltata sum in libano etc. Ex quibus omnibus argui potest quod ipsa est omnibus conformabilis. et ideo omnibus in summo tractabilis. Item paulus fuit omnia in omnibus secundum assimilationem. beatissima autem ergo secundum veritatem. Item paulus diuersis hominibus et statibus se per tempus et loco conformauit secundum similitudinem consuetudinem et descensionem. beatissima autem virgo simul et semel diuersis temporibus et etiam oppositis se conformauit secundum rem et veritatem rei simul. etiam secundum rem et matris et virginibus se conformauit et viduis et hominibus et angelis. et ideo fuit improporcionabiliter tractabilior alijs viatoribus. Sic igitur patet quod beatissima virgo habuit fructum mansuetudinis in summo

De benignitate

De Decimo de benignitate que est ut dicitur glossa largitas rerum. Quod autem illa fuerit in beatissima ergo in summo probatur hoc modo. Largitas rebus consistit in dando. Sed beatissima ergo improporcionabiliter omnibus dedit. igitur improporcionabiliter plus omnibus larga fuit. Minor pars habet modo de deo patre dicit apostolus. Qui proprio filio suo non peperit quod non omnia nobis cum illo donauit. Sed deus dedit nobis filium generando ipsum secundum diuinam naturam et eius incarnationem operando. Item et beatissima ergo dedit nobis filium ipsum generando secundum naturam humanam ad ipsius incarnationem carnem virginem ministrando. igitur et ipsa filium suum nobis dedit et in eo nobis omnia contulit. Item beatissima ergo dedit omnem dabilem. igitur fuit magis larga omni viatore. Media pars. Omne dabile est deus vel creatura. ipsa autem dedit deum mundo et mundum et omnia deo. De primo dicitur in libro Sapientie. Quam omnium bonorum mater est. De secundo. venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Item psalmus. Benigne fac. Domine filium mittendo et peccata dimittendo. Sed inter omnes creaturas beatissima ergo ad filii missionem et peccati dimissionem sola officium et ministerium exhibet. igitur improporcionabiliter plus omnibus dedit et dimisit. Item improporcionabiliter plus omnibus benigna fuit. Item ad Corinthios. Caritas est patiens est benigna. he sunt per se. igitur ubi caritas maior benignitas maior. Sed beatissima ergo in summo habuit charitatem. Item et benignitatem. Item Luce. vii. Sicut et pater vester super ingratos et malos benignus. Glo. quod dedit eis potestatem filios dei fieri his que credunt in nomine eius etc. Sed post dominum beatissima virgo in summo suo modo dedit nobis filios dei fieri per gratiam nos regenerando. Item post deum nobis in summo benigna fuit. Media pars. deum dedit nobis potestatem filios dei fieri per gratiam regenerando. Beatissima autem ergo dedit nobis potestatem filios dei fieri regeneratores nostrum generando. unde Luce. Maria peperit filium suum primum genitum. unum filium secundum carnem genuit in quo nos omnes secundum spiritum in filios dei regenerauit.

Rō p^a

2

3

4